

www.e-rara.ch

**Theodori Zvingeri der Artzney Doct. und Profess. in Basel Sicherer und
Geschwinder Artzt, Oder Neues Artzney-Buch**

Zwinger, Theodor

Basel, 1703

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-152003>

Applausus Votivi In Honorem Auctoris

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



ADPLAUSUS VOTIVI
IN HONOREM
AUCTORIS.



I.



Sque indefessus, Vir præclarissime,
pergis,
Nomenque haud cessas nobilita-
re tuum.

Voce doces, Calamo loqueris, Praxique me-
deris,

Præsentum, absentum commoda dexter
agis:

Nobileque illustras Genus, & prælustre Ly-
ceum,


Et Patriam, atque Orbem, quâ patet, us-
que magis.

Gloria quanta ! DEUS Te tantum in secu-
la servet,

Nec tenebris unquam lux tua mersa cadet !

*Hacce Viro Prænobilissimo, Excellentiss. & Experientiss.
Fautori ac Patrono suo Honoratiss. Domino
Theodoro Zvingero, Med. Doct. ac Prof. Cel.
in perpetui honoris & amoris tesseram app. voluit*

J. G. DEXBACH, Marpurg. Dr. Medic.



II.

QUæ Veteres Medici scripserunt, quæque
Moderni

Omnia *Zvingeri* continet iste liber.
Hinc pia Posteritas meritos Tibi debet honores

Atque tuum clarum Nomen ad Astra feret.

*Hiscæ Authori Operis inclyto singularem
observantiam testatur*

JOH. ULDRICUS HEGNER,
Vitoduranus, Med. Doct.



III.

UT cessante solet brumali frigore Hirundo

Vernales auras nobis indicere rursus.

Solis ut aspectus Flores refocillat & unus,

Sic liber iste tuam, *Doctior Doctissime*, ubivis.

Jam jam implantatam faciet revirescere famam.

*Viro Excellentissimo, Experientissimo, Patrono
ac Præceptori suo Clarissimo ita
gratulatur*

JACOBUS HEGNERUS,
Vitodur. Med. Stud.

IV. Non

IV.

Non aliam ob causam Sol inter Sidera Prin-
ceps,
Quàm quia præ reliquis citius, quòq; certius
Astris,
Absq; illis miserum sua lumina spargit in orbem,
Sic inter Medicos Princeps radiabis Apollo,
Utpote qui nobis monstras citò, tutòq; mederi.

Hæc pauca in debitæ observantiæ tesseram
Præceptori, Patrono & Hospiti suo in
æternum colendo heic addere voluit

JOH. JACOBUS HEIDELIN,
Toggio-Watvilenfis, M. Stud.



V.

Vir præclare tuas, queso, quis proferet un-
quam
Pro merito laudes, nam, dum conatur hic ille,
Particulas quasdam tui honoris spargere in or-
bem,
Illas absorbet subitò solertia Perpes,
Quâ jam infinitas tibi partas undiq; laudes,
His, illis, scriptis magis evulgare perennas,
Hujus testis erit mihi præsens iste libellus;
Hand fallens Medicus, Citus, & Celer intitula-
tus;

Quem

*Quem satis illustrem magis illustrando, potentis
Familia volitare tua Famam altius urges.*

*Gratulor ergò tibi summum venerande Magister
De hoc Certo & Tuto, qui nulla per æva peribit,
Teste tua Laudis, quam si describere vellem,
Deficeret cartha & calamus, Mens ipsa stuperet.*

His paucis Authori Excellentissimo atque
Experientissimo, Fautori, Præcep-
tori, ac Hospiti suo plurimum ve-
nerando gratulari voluit, debuit,

JOHANNES SAINCTLO,
Selestadiensis Alsata, Med.Stud.



VI.

Qui Morbum ostendit, Causam, Sympto-
mata, Curam,

Vix erit, æqualem, qui feret alter, opem.

Qui tutè, solidè, breviter communicat ista,

Pluribus hanc palmam præripuisse putem.

Hic liber, hic Autor feliciter ista peregit,

Nam brevis est, solidus, tutus & iste liber.

Quid superest? hujus meritas ascribite lau-
des

Authori, Tantum perpetuate Virum.

Sat scio, Te nostri Calami dehonestat ina-
nis

Laus; vena ingenio non datur æqua tuo.

Ast

Ast major nostris potuit contingere Musis
Nullus honor: Laudes quàm cecinisse tuas.

Hocce Viro Excellentissimo, Experientissimo, ceu Patrono suo palmaris, Hospiti gratissimo, Praeceptoris fidelissimo, in aeternum colendo, amoris, honoris, & observantia ergo apponere voluit

LOTHARIUS KOCH,
Rhenano-Confluentinus,
Med. Stud.



VII.

SI bene de Medicis meriti sunt artibus olim
Auctores primi, quos memorare licet;
Seu sit divinus Medicinæ inventor Apollo:

Seu Paon, Chiron, Hippocratesve Couis:
Æqua tibi merito debetur gloria certè,
Qui tantas artes haud periisse sinis.

*Hocce Viro Excellentissimo atq; Experientissimo
gratulabundus apposuit*

JOH. FRIDERIC. STOKARUS,
Helv. Scaph.



VIII.

ZVingere artifici morbos medicamine nôsti
Pellere, lecuras promptè adhibendo ma-
nus.

Non

*Non hoc Rauriacus tantum testatur Horizon,
Vel si quæ est illi terra propinqua solo.
Credere peregrinas etiam transisse per oras,
Nominis ac famam percrebuisse Tui.
Maeste hinc ingenio, meritis, virtutibus, prægnans,
Asclepiadæ gloria magna chori.
Det Deus, ut porro, scriptis calamoq, diserto
Discentum mentes rectè docere queas!*

Si Nobiliss. & Excellentissimo Auctori,
Patrono ac Hospiti suo colendis,
Iubens accinit

JOH. BAPTISTA SCANDALERIUS,
Rhætus, Med. Cult.



IX.

ECce iterum, Lector, sese Podalirius offert
Rauricus, invictâ sedulitate tibi!
Munere bis gemino insignis, citò namque
medetur,
Atque simul tutò, clarus ad usque polum.
Huncce diu serva coelestis Jâsona RECTOR,
Nec multum à morbis quod timeamus
erit!

Honoris ergo p.

JOH. JAC. RICHTERUS,
Philosoph. Stud.